

# THOMAE DE VIO

CAI ET ANI, CARDINALIS SANCTI XY-

*in tuum sibi libros regam et commentarij. Et primū in  
dicit tu dominus filia mea, et Semuelis inscribitur.  
e superasti, quia non es secunda iuu.*

Et nūc filia mea ne timeas omnia que *T fuit vir vnus.* Titulus tā  
tota ciuitas populi mei quōd vxor virtutis libri huius quā sequen-  
pinquū, sed est alius me propinquior, quiesce anod doctores Hebrē-  
e si te voluerit propinquitatis iure retinere, benesamuel, tum quia  
noluerit, ego suscipiā te viuit dominus, dormi v. i. i. de Samuele  
ait itaque ad pedes eius vsque mane, surrexitq; nam quia author  
es cognoscere se mutuo: et dixit, non sciatur quid tuis libri credi-  
d arcam, Et dixit, affer linteum quod est super te & A. perspicuū est  
venit illud: mensurq; est sex hordei mensuras & posuit a post mor-  
& ingressa est ciuitatem. non scripsit

Et venit ad socrum suam, que dixit ei, quid egisti filia naim Zophim  
aitq; ei omnia que sibi fecerat vir. Et ait, sex hordei mensur.

dit mihi: dixit enim mihi non reuertens vacua ad socram signi-  
ficare duas filias donec cognoscas quem exitum res habilitationis si-  
gnificare alteram vult currit rem hodie. is est, & fuit  
vir vnus de altera Ramah. III. ciuitates appel-  
latas Ramah autumant: alteram in Ephraim de qua est ser-  
mo (nā subiungitur de monte Ephraim) alterā in Beniamin.

Dictio quoque Zophim est pluralis numeri: sed non  
loci nomen creditur, & significat speculantes seu specula-  
tores. Quare autē ista Ramah cognominata sit Ramah spe-  
culatorum: non est vsquequaque certū an ex habilitate loci  
ad videndum procul circumcirca: an ex officio specula-  
torum ibidem deputatorū tempore belli, an ex multitudine  
prophetarū contemplationi vacantiū. Vndecunq; autē co-  
gnomen hoc acceperit, appellatur à Iosepho Ramatha quā  
Hebraicē vt dictū est vocatur Ramah. & nomen eius Elcana.  
Vt scribitur, primi parali. 6. hic fuit Leuita de stirpe Corā:  
ita quōd non fuit de tribu Ephraim sed de tribu Leui habi-  
tans in monte Ephraim. erat enim tribus Leuitica dispersa  
per omnes tribus Israel. filius Ierocham, filij Elihu, filij Tochu.  
filij Zoph Eph' rathaus. Quemadmodū iudi. 13. Leuita ille qui  
habitauit cum Micha supputatus est in familia Iudæ & de-  
scriptus est Leuita & ex familia Iudæ: ita Elcana Leuita de  
monte

mōte Ephraim destrubitur quoq; Eph' rathaus (hoc est Beth-  
lehemita) quia maternū genus ex Bethlehē traxerat. Sūt ta-  
men nōnulli putātes nō esse patriū nomen Eph' rathaus, sed  
esse nomen appellatiuū: significareq; Hebraicē quod Latine  
diceremus augustus, nā ab augmēto deriuatur. ita q; descri-  
bitur Elcana vir nō cōmunis, sed augustus, ab augmēto (vt  
creditur) opum & honoris. Et hic sensus literalis videtur. mi-  
nus nā, ue quadrat vt post descriptā patriā cum tot circūstā-  
tiis, postque descriptū genus nō breui genealogia, subiunctū  
sit alterius patriæ cognomen: sed optimē quadrat vt eximia  
qualitas viri subiuncta sit. elige tamen quod vis. Et e' erāt due  
vxoies, nomen vidus Channa & nomen secunde Peninna: erātque  
Peninna liberi, Channa autem non erant liberi.

Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus. Iuxta He-  
braicū habetur, annuatim ad adorandum & sacrificandum. Et sic  
non explicatur quōd pluries in a. no, sed duntaxat quōd an-  
nuatim ascendebat ad duo officia exhibenda Deo: videlicet  
adorare & sacrificare. Dico autem & sic, quia apud Hebræos  
anceps est sensus ad singulos annos vel ad singula tempora:  
hoc est de tempore in tempus. & sic litera sonaret quōd tē-  
poribus singulis ibat Elcana in Silo: non enim est ratio exci-  
piendi vnum tēpus magis quā aliud. Tēpora autem eundi  
in domum Dei secundum legem erant tria: pascha, penteco-  
ste & festum tabernaculorum. domino exercituum. Iuxta He-  
braicū habetur, Iehouah exercituum in Silo. Et hic est locus in  
quo primū Deus cognominatus est Iehouah exercituum. Et  
quia Iehouah est nomen essentia, author huius libri ex  
Genē sumpsisse videtur hāc appellationem. nam Gen. 2. Deus,  
creator vniuersorum exercituum cœlorū & terræ scribitur.  
inde siquidē Iehouah exercituum (hoc est fons essendi dās esse  
omnibus, exercitibus tam spiritalibus q̄ corporeis) dicitur.  
Et hunc sensum retine: ne oporteat sæpe repetere dum sæpe  
in scriptura deinceps Deus appellatur Dominus exercituum.  
& ibi erant duo filij Heli (Cophni & Pinchas) sacerdotes domino.  
Venit ergo dies & immolauit Elcana: deditque Peninna vxori suæ  
& omnibus filiis eius & siliabus eius partes. Channa autem dedit  
partem vnā. De parte victimæ pacificæ est sermo, distribuebat  
enim eā proportionaliter: & propterea Peninnē & filiis ac fi-  
liabus dedit partes multas, Annē autē carētī prole dedit vnā.  
tristis quia Channam diligebat, & dominus conluserat vuluā eius.

Dictio interpretata tristis, iuxta Hebræum sonat furores vel facies. Et quoniam sine omni tam articulo quam prepositione dictio hæc scribitur, varias sortitur expositiones. nam à quibusdam refertur ad virum dantem partem: & mutantem furorem in tristitiam, dicunt quòd dedit tristis partem vnâ eo quòd voluisset ei dare partes multas: hoc est voluisset Annam habere filios vt occasionem dandi ei multas partes haberet. Ab alijs verò referentibus quoque ad virum, dicitur quòd Elcana dedit partem vnâ, sed facie benigna quia Annam diligebat: ita quòd defectum multarum partium suppleuit iucunditate vultus. Qui autem referunt hanc dictionem nò ad virum, sed ad partem vnâ quam dabat, lesunt dedit partem vnâ facies: hoc est partem vnâ gratiosam seu dignam aspectu, quia Annam diligebat. Quancunque autem elegeris expositionem, aduerte quòd in litera ratio partis vnus redditur quia Deus concluderat vuluam eius: ratio autem siue tristitiæ siue iucunditatis siue honorabilis partis, redditur quia Annam diligebat.

Affligebat quoque eam amula eius & vehementer angebat: intantum vt exprobraret quòd cõcluserat dominus vuluâ eius. iuxta Hebræum habetur. Et contristabit eam angustatrix eius etiâ ira, vt faciat irasci eam: quia clausit Iehonah vuluâ eius. Vbi vides describi Phenennâ tactam inuidia maioris amoris què vir ostendebat Annæ, tendentem ad addendum afflictionem afflictæ: ita quòd etiâ excadescibat aduersus eam vt maiorem ei tristitiam inferret, impropere sterilitatem nò qualitercunque, sed inflictam à Deo. Sicque faciebat per singulos annos à tempore quo ascendebat ipsa in domum domini, sic irritabat eam. Vide disparitatem vel explanationem. disparitatem quidem si superius legitur quòd Elcana ascendebat in Silo de tempore in tempus, nam ipse quidem ascendebat ad domum Dei omnibus temporibus decretis à lege: ipse verò cū familia sua ascendebat semel in anno. clare enim hic scribitur quòd sic faciet annuatim, illa verò sebat & nò comedebat. Dixitque ei Elcana vir eius: Channa cur fles, & cur non comedis, & cur affigitur cor tuum: nòne melior sum tibi quàm decem filij? Cõmuni modo loquendi vtitur consolando eam, proponendo enim magnitudinem amoris proprii erga illam, optime reuocat ab amore filiorum quibus caret etiam si decem haberet. Nec falsum dixit: quia contingit meliorem esse mulieri maritum valde diligentem ipsam quàm decem filios:

lios: vt experientia quandoque & fortè sæpe testatur.

Surrexitque Channa postquàm comederat & biberat. iuxta Hebræum habetur, post comedere in Silo & post bibere. ita quòd impersonaliter describitur comedere & bibere. Nec ex ista litera habetur quòd ipsa comedit aut bibit: sed quòd nò surrexit è medio prandio, sed post finitum prandium. Rationabile tamen est vt quauis prius fleuerit & non comederit, post consolationem tamen mariti comederit & biberit: cuius signum est quòd ipsa ad Heli existimantem illam ebriam non dixit sum ieiuna, sed dixit quòd non bibit aliquid inebriatiuum. & Heli sacerdos sedebat super sellam iuxta postes templi domini. Et ipsa erat amaro loquimo: orauitque ad dominum & stendo fleuit. Vomitque votum & ait: domine exercituum si videndo videris afflictionem ancilla tue, & recordatus fueris mei & non fueris oblitus ancillæ tue, dederisque ancillæ tue semen virile, dabo illud domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. Non vouet Nazareatū filij perpetuum quo ad omnia spectantia ad Nazareatum, sed quo ad exemptionem capitis à rasorio gladio.

Et fuit cum dicit oraret coram domino, Heli obseruabat os eius. Channa autem loquebatur in corde suo, tantum labia illius mouebantur & vox eius non audiebatur: existimauitque eam Heli temulentam. Clare scribitur Hebraicè, ebriam. humana enim vsus est coniectura. Dixitque ad eam Heli: quousque ebria eris: digere paulisper vinum quo mades. Responditque Channa & ait: nò domine mi, nam mulier infelix nimis ego sum. iuxta Hebræum habetur, mulier dura spiritus ego, vinumque & sicram non bibi, sed effudi animam meam coram domino. Ad instar rei duræ quæ non cedit tangenti, quæ nec flectitur sed perseverat in suo rigore, describit proprium spiritum circa prolem generandam. Et est sensus quòd spiritus meus non cedit consolantibus nec flectitur diuturnitate temporis, sed perseverat desiderando prolem, & propterea effudi animam meam (hoc est vniuersos affectus meos) coram summo Deo. Ne reputes ancillam tuam quasi vnâ de filiabus Beli iahal. Alias dictum est quòd Beli iahal significat absque iugo: & applicatur ad omne vitium, pro quanto describit personam tanquam sine lege agentem, quia ex multitudine doloris, iuxta Hebræum habetur, quia ex multitudine eloquij mei, proculdubio interni. & maioris mei locuta sum: spiritus in praesens. Responditque Heli & dixit, vade in pace, & deus Israel det tibi petitionem.

petitionem quam rogasti cum. Iuxta Hebræum habetur: *Et Elohe Israel dabit petitionem tuam. An imprecantis an prophetantis fuerint verba nescitur. Et illa dixit, inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis.* Cupientis gratiam sacerdotis summi, vt intercedat pro ea apud Deum verba sunt. *Abiniq; mulier in viam suam & comedit, & vultus illius non sunt amplius in diuersa mutati.* Quauis Hebraicè non tot scribantur, sententia tamen rectè redditur. refocillata siquidem tum animo ex oratione propria & verbo pontificis, tum corpore ex sumpto cibo cõuenienti, non est passa amplius mutationem vultus: qualis accidere solet turbatis animo & minus refectis corpore. *Et surrexerunt mane & adorauerunt coram domino. & reuersi sunt & venerunt ad domum suam in Ramam: cognouitq; Elcana Channam uxorem suam. & recordatus est eius dominus.* Post regressum in propriam domum scribitur vsus cõiungi, ad insinuandum qd abstinerunt ab illo diebus quibus fuerunt in Silo.

**E**T fuit post circulum dierum, cõcepit Channa & peperit filium: vocauitque nomen eius Samuel. Legendum esset. *Semuel*, eò quod à domino postulasset eum. Et est Semuel nomen compositum ex integro & corrupto: hoc est ex El quod est nomẽ Dei, & semo deducto à postulatione: vt litera ipsa testatur reddendo nominis rationem. *Ascendit autem vir Elcana & tota domus eius vt immolaret domino hostiam solemnem.* Iuxta Hebræum habetur. *sacrificium dierum & votum suum.* hoc est sacrificium congruum tempori, & præter hoc solitum sacrificiũ ad persoluendum votum suum, quod tacitũ fuerat. insinuatur enim quod voto vxoris addidit maritus aliquod proprium votum ad quod persoluendum describitur venisse. *Et Channa nõ ascendit: dixit enim viro suo, nõ ascendã donec ablaclaret infans, & adducam eum vt appareat ante conspectum domini, & maneat ibi vsque in seculum.* Et ait ei Elcana vir eius: *fac quod bonum est in oculis tuis, mane donec ablaclares eum, precorq; vt impleat dominus verbũ suũ.* Iuxta Hebræum habetur. *tantum firmet Iehouah verbũ suũ.* Incertum est an verbum Heli põtificis ad Annam (dabit tibi Deus petitionem tuam) appelletur verbum Iehouah, an votum vxoris quia directè tendebat in Deum appelletur verbum Iehouah, an aliqua reuelatio diuina de Samuele præcesserit, & fuerit narrando tacita (quemadmodum & votum ipsius Elcanæ hætenus fuit tacitum) & nunc cõmemorando manifestetur. Et hic tertius sensus amplectendus videtur: quoniam

quoniam sæpe in sacra scriptura multa tacentur narrando, quæ postea suppleuntur commemorando. *mansitq; mulier, & lactauit filium suum donec ablaclaret eum.*

Et adduxit eum secum postquam ablaclauerat. Hebraicè habetur. *quando ablaclauit eum.* Nisi fuisset consuetudo vt puellitrium annorum dicati Deo (saltem Leuitici generis) in domo domini manerent, nequaquam fuisset oblatus & receptus Samuel triennis. *in vitulis tribus & tribus modis farinæ & amphora vini.* Iuxta Heb. vnicus tãtum modius farinæ scribitur. *& adduxit eum ad domum domini in Silo: puer autem erat adhuc infantulus.* Sententia rectè redditur: quauis Hebraicè habeatur. *& puellus puellus, idem enim pueritiæ nomen repetitur. & immolauerunt vitulum: & adduxerunt puerum ad Heli.*

Et dixit: *obsecro domine mi, viuat anima tua.* Deficit, domine mi, repetitur enim hoc à muliere. Et sunt verba iurantis, ad affirmandum se esse illã mulierem olim ibi orantem pro prole &c. quæadmodum hodie frequenter iuratur per vitam vel meã, vel filij mei, vel patris mei, & huiusmodi, *ego sum mulier que steti tecũ hic, orando ad dominum.* Pro puero isto orauit & dedit michi dominus petitionem meam quam petij ab eo. Et etiã ego cõmodauit eũ domino, omnibus diebus quibus fuit, ipse cõmodatus domino: & incurrauit se ibi domino. Aduerte prudens lector, vt fiat punctus post verbum fuit: nam explanatio est temporis cõiui. Et est sensus: cunctis diebus quibus fuit Samuel, ipse commodatus est domino. Nec mireris quod non dixit quibus erit, sed aduerte quod commodatio præsupponit esse: & hoc significat præteritum fuit relatitè ad commodatum. Quauis possit etiam hoc referri ad tunc præteritum: explanãdo quod nunc incipio dicare ipsum Deo, sed ex quo Samuel fuit etiam in meo vtero, fuit commodatus Deo. Et orauit Channa & ait. Verè hinc incipere deberet capitulum secundum. sequens itaque canticum oratio appellatur, quia verè fuit eleuatio mentis in Deum ad gratias agendum.

## CAPVT II.

*Xultauit cor meum in domino, exaltatum est cornu meum in domino, hilaratum est os meum super inimicos meos: quia letata sum in salute tua.* Materia huius cantici est dispositio humanarum actionum & rerum non secundum rationes humanas, sed secundum rationes diuinæ prouidentia & fortitudinis: hæc est materia quæ diffusè tractatur in

cantico hoc. Occasionalis autem materia eiusdem canticum est diuina prouidentia benefica ipsi Annæ, cōcedendo ei sēcūditatem & filios: ac per hoc deprimēdo elationem Phenennæ, impropertis Annæ q̄ Deus cōcluserat vuluam eius. Ab hac itaque occasione inchoat canticum manifestando tū proprii cordis gaudiū in Deo, tum proprii posse exaltationem in Deo (exaltata siquidem est potentia eius generatiua: cōsueuerunt enim Hebræi potentiam appellare cornu) tū dilatationem proprii oris ad loquendū super inimicos suos, hoc est Phenennam, prius enim flebat & tacebat, genito autem filio materiam habuit loquendi pleno ore. Et annuum trium rationem reddit, quia lætata sum in salute tua, donum siquidem filij appellat salutem sibi collatā à Deo. Iuauit siquidem eam Deus per hoc à malo sterilitatis cum lætitia nō solum prolis, sed primogeniti maris. *Non est sanctus ut dominus, quia non est prater te: et non est fortis sicut Deus noster.* Ex manifestata dispositione propria ascendit ad diuinas laudes, tum quo ad sanctitatem tum quo ad deitatem tum quo ad fortitudinem, sic enim ordinantur in litera: quia secūda laus affertur vt ratio primæ. Sed secundum rectum ordinem secundæ debetur primus locus, primus enim est quod Iehouah est solus: solus enim est sic quod deesse nulla ratione potest, & hinc sequitur quod nō est sanctus sicut Iehouah: hoc est non est mundus aliquis sicut fons effendi, quia ipse solus est actus purus mundus ab omni potentialitate: reliqua enim omnia immundiciæ aliquid habent, eō q̄ admixtum habent aliquid potentialitatis. Tertium autē (videlicet quod nō est fortis sicut Elohe noster) ad fortitudinem potestatis manifestē spectat: quod ex primis perspicuum est consequi. *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes.* Parui refert q̄ Hebraicē habetur. *Non multiplicabitis, loquimini celsitudinem celsitudinem.* Vtrique materię verba hæc cōgruūt, nam & Phenenna multiplicabat quotannis verba celsitudinis propriæ, & filij huius seculi multiplicauerunt ac multiplicant verba propriæ celsitudinis & vt subiungitur fortitudinis, confidentes in celsitudinibus & fortitudinib⁹ propriis. Et negatio repetita subintelligitur: non multiplicabitis, non loquemini, *recedant vetera.* Quauis legi possit. *exibit fortitudo de ore vestro.* quadrat enim vt reprehensos de sermone propriæ celsitudinis reprehendat

hēdat quoq; de sermone propriæ fortitudinis: hæc enim duo (videlicet celsitudo & fortitudo, hoc est potentia) cōcurrunt communiter simul vt sint materia iactantiæ, quia *Deus scientiarum dominus est.* Iuxta Hebræum habetur, quia *El scientiarum Iehouah.* Ratio redditur vitandæ iactantiæ vtriusque, quia fons effendi est El sciētiarū: hoc est, est summē fortis ad dirigendum & faciendum omnia quæ sciri possunt, vel est El scientiarum, hoc est fortitudine propria superat omnes scientias. Et est sermo de scientiis practicis: hoc est de rationibus rerum agendarum, hoc enim directē tollit iactantiam humanam tam propriæ celsitudinis quàm fortitudinis. Vnde & aptissime subditur. *Et ipsi preparantur cogitationes.* Iuxta Hebræum enim habetur. *Et non fuerunt directæ opera.* Quauis etiā legi posse dicant Hebræi, *Et ipsi directæ opera.* veruntamen prima lectio scripta est Hebraicē, secunda autem secundum nescio quam regulam sustinetur. Et sensus quidem secundę lectionis non est alienus à proposito: nam significatur quod deo reseruata sunt directæ opera, quia enim solus est El scientiarum, ideo ei propria sunt directæ opera: hoc est opera quę adimplentur secundum directionem intendentis. Et dicitur hoc ad differentiam hominum multa dirigētium secundum intentionem propriam quæ longē aliter eueniūt. Prima verō lectio sonat defectū humanorū agētū, penes hoc quod eorum opera non eueniunt secundū directionem præcedentium rationum. Et tu prudens lector, facile cernere potes ambas lectiones in eandem resolu sententiam, ratio igitur vitandæ iactantię humanę integratur & ex hoc q̄ Deus est El scientiarum, & ex hoc quod directio operum non adimplentur secundum rationes humanas.

*Arcus fortium superatus est, et infirmi accincti sunt robore. Hebræo more ab vltimo inchoatur, declaratur siquidem hoc vltimum (videlicet & nō fuerūt directæ opera) tripliciter. primo quo ad opera roboris corporalis dicendo. Arcus fortium fracti, et qui cespitantibus accincti sunt robor. Pende in istis nō fuisse euentum secundum rationes humanas, sed potius contrarium, nam arcui fortium secundum humanam rationem non respondet fractio: & cespitantibus non respōdet robor. Repleti prius, pro panibus se locauerunt, et famelici saturati sunt. Simile quoque pende in operibus spectantibus ad vltimum. repletis enim seu saturatis opibus, non respondet*

secundum humanā rationem euentus tam miser vt locēt se-  
ipfos pro pane habendo : & similiter inopibus vsqueadē vt  
sint famelici, nō respōdet euentus vitę tam opulentę vt ces-  
sent à labore. nam vbi vulgata editio habet saturati sunt, He-  
braica veritas habet cessauerunt, proculdubio à questu & la-  
bore. donec sterilis peperit plurimos, & quę multos habebat filios in-  
firmata est. Iuxta Heb. habetur. vsquequo sterilis genuit septem, &  
multa filiorum fuit incisa. Et est sensus quōd opera humana nō  
esse directā, non solum apparet in operibus fortitudinis & in  
euentibus opulenti & inopis, sed etiam extenditur vsque ad  
opera partis vegetatiuę : vsque scilicet ac hoc. quōd sterilis  
genuit septem, & multiplicata in filiis sehta estoratiōi siqui-  
dem sterilis non respondet generatiō septem filiorum : & si-  
militer multiplicatę in filiis nō respondet ostentatam se inue-  
nire filiis. An autem hoc vltimum dixerit Anna propter  
seipsam & æmulam suam, an in genere, litera ipsa aperire vi-  
detur: videlicet quōd in genere hoc dixit, quę admodum &  
alia duo præcedentia. Nā clare inducitur sterilis quę genuit  
septem: & perspicuum est quōd ipsa Anna nō genuit septem,  
sed quinq; vel ad summū sex: vt inferius subiuncta testatur.  
rursus scriptura nō dicit Fenennam orbatam fuisse filiis, nec  
etiam cessasse à generatione aliorum filiorū. In genere ita-  
que hæc tria dicta intelligenda sunt, quemadmodum etiam  
& ea quę subiunguntur.

*Dominus mortificat & viuificat.* Tractato vltimo tractat pri-  
mum: videlicet El scientiarum Iehouah. Tractat autem ma-  
nifestando Deum facere contraria non solum inter se (puta  
mortem & vitam, diuitias & paupertatem & alia eiusmodi)  
sed etiam facere hæc contra rationes rerū: puta dispositū ad  
viuere mortificat, & econuerso dispositum ad mortem viu-  
ficat: & similiter pauperem facit diuitem & econuerso, & sic  
de reliquis. Ex his enim directē manifestatur quod solus Deus  
est El scientiarum, quōd prouidentię eius dispositione con-  
traria omnia fiunt. *deducit ad inferos & reducit* Iuxta Heb. ha-  
betur. *facit descendere in foueam & fecit ascendere.* Ex eo quōd  
verbo præteriti temporis dicitur & fecit ascendere, cogor  
nomine foueę nec infernum nec sepulchrum, sed carcerem  
intelligere. à principio nanque mundi vsque ad tempus An-  
næ nullus ascēderat ex inferno, nullus surrexerat à mortuis:  
sed multos liberos & innocentes fecerat Deus descendere  
in

in carcerem, & victos multos fecerat inde ascendere. *Domi-  
nus pauperem facit & Dicit: humiliat & subleuat. Suscitāt de pul-  
uere pauperem, & stercore eleuabit mendicum, vt sedeant cum princi-  
pibus & solum glorię teneant: domini enim sunt cardines terrę.*  
Parui refert quōd Hebraicę habetur. *fortitudines* (seu vires)  
terra, & posuit super eas orbem. Interpretes enim cardines me-  
taphoricę apposuerunt. Et hoc pro ratione affertur irrepres-  
hēnsibilis dispositionis diuinę circa res humanas. ex eo enim  
quōd ipsius Dei sunt omnes vires terrę & super eas effecit  
habitabiles partes mundi (quas orbem interpretes appellāt)  
nullus potest conqueri. vtitur enim omnium dominus iure  
suo, distribuendo vt vult.

*Pedes sanctorum suorum seruabit* Iuxta Hebręum habetur.  
*Pedes misericordiarum suorum custodiet.* Hactenus de dispositione  
rerum humanarum præter rationes humanas tractauit, ad  
confundendum humanam instantiam de celsitudine & for-  
titudine: nunc contra eandem superbiam humanam tractat  
de diuina prouidentia in specie erga bonos & malos relati-  
uē ad vitam æternam. & propterea incipit à discretionē in-  
ter bonos & malos penes diuinam custodiam, dicendo quōd  
etiam pedes misericordiarum suorum custodiet Deus: siue per  
pedes intelligas affectus siue extremam corporis partem, vt  
à fortiori custodiam reliqui corporis intelligamus. & *impij  
in tenebris conticescent.* Iuxta Hebręum habetur. *erunt taciti.* seu  
inciti. Relatiuē ad futuram vitam hæc verificantur: in qua  
obmutescunt priuati lumine gratiæ & glorię, & incisi erunt,  
ab vniuersis bonis impij. Vnde & aptissimē ratio subdi-  
tur. *quia non in fortitudine sua roborabitur vir.* nullus enim ex  
propriis viribus saluabitur. *Dominum formidabunt aduersarij eius*  
Iuxta Hebręum habetur. *Iehouah, frangetur litigatores eius  
super eum.* Et est vocatiui casus Iehouah. apostrophat enim  
ad ipsum summum Deum, cōfitendo quōd aduersantes Deo  
frangentur super eum: hoc est super quemlibet ipsorum. Et  
hoc iuxta contextum literę ad futuram quoque vitam spe-  
ctat: in qua hoc adimplebitur manifestē. Vnde & aptissimē  
subditur in Hebraico. *in cœlis faciet frangere eos.* Modus autem  
quo faciet Deus in cœlis frangere eos, subiungitur dicendo.  
*dominus iudicabit fines terrę.* quod perspicuū est futurū esse in  
die iudicij, iuxta prophetata per Iob. & *dabit imperiū regi suo.*  
Iuxta Heb. habetur. & *dabit fortitudinem regi suo, & sublimabit*

cornu Christi sui. Adhuc non erant instituti reges in Israel: & propterea de rege Messias dicitur quod Deus dabit ei fortitudinem & sublimabit potestatem eius. Messias enim Hebraice ab unctio ne dicitur: à qua etiã Græcè dicitur Christus: perspicuū autē est quod tempore iudicij veniet Christus in fortitudine & celsitudine maxima. Et per hoc manifestatur quod homo erit qui iudicabit fines terrarum, iuxta prophetiam Iob. Et hic est quartus textus in quo clarè Messias prænunciatur, primum enim tempore Abrahæ, deinde tempore Iacob, & tertio tempore Moysis, & quarto tempore Samuelis prænunciatus legitur: præter scripta in libro Iob.

**E**T abiit Elcana in Ramã ad domũ suã: puer autē erat minister in conspectu domini ante faciem Heli sacerdotis. Ne intelligas Samuelē in tã tenella ætate ministrasse domino, sed describi ipsum in ætate qua poterat ministrare. Filij autē Heli filij Beliahah, nõ cognoscebãt dominũ. De sciẽtia practica (quæ est ratio agēdi) est sermo, nesciebãt enim notitia electiua Deũ vt ratione agēdi. Et officium. Legendũ est. Et iudicium sacerdotũ cũ populo. hoc est, ius inter sacerdotes & populũ: omni viro sacrificabũ sacrificiũ veniebat puer quãdo coquebatur caro, & fuscina tridēs erat in manu eius. & mittebat eã in cochã vel in ollã vel in lebetē vel in cacabũ, & omne quod leuabat fuscina tollebat sacerdos sibi: sic faciebat vniuerso Israeli, venientibus illuc in Silo. Primũ peccatũ filiorũ Heli scribitur tollere ex sacrificiis pacificis absq; discretionẽ, secundũ enim legẽ determinata erat pars sacerdotis. Etiã antequã adoleret adipẽ. Secundũ peccatũ scribitur quo ad tẽpus quia secundum legẽ primum cremari debebat Deo adeps. veniebat puer sacerdoti & dicebat viro immolãti, da carnẽ vt coquã. Iuxta Heb. habetur. ad assandũ sacerdoti. Et similiter cum subiũgitur. & non accipiet à te carnem coctã. Iuxta Hebr. habetur. carnem elixatã. adiungitur enim malum malo: videlicet præuentioni tẽporis diuerfitas modi per quẽ tollebatur à parte sacerdotis ratio sacrificij, quod fiebat lixãdo. sed crudã. Iuxta Hebræum habetur. sed viuã. aiunt enim Hebræi nõ aliter in lingua sua significari crudum q̃ per viuũ. Quod ideo annotauerim vt magis capaces reddantur lectores expositi sensus verborũ scriptorum Gene. 9. carnẽ in anima eius sanguinẽ eius non comedetis. Dicebatq; ad eũ vir, adoleatur primũ iuxta morẽ hodie adeps & tolle tibi sicut desiderat anima tua, & dicebat, nequaquam sed nunc dabis, & si nõ dederis accipia vi. Eratq; peccatum

peccatum puerorum magnum valde coram domino: quia detrahebãt homines à sacrificio domini. Iuxta Hebræum habetur. quia abominabantur homines munus Iehouah. Peccatum sacerdotum & ministrorum eorum grande valde apud deum describitur, ex eo quod causabat in aliis abominationem diuinorum sacrificiorum.

Samuel autem ministrabat coram domino. Repetitur hoc ad narrandum Samuelẽ exemptum fuisse ab huiusmodi peccato, puer accinctus Ephod lineo. Hinc clarè patet superhumeralẽ vestem cõmunẽ fuisse Leuitis: loco cuius hodie omnes clerici in templo cõstituntur lineo amictu quem vocant vulgo cotta. Et tunicam paruam faciebat ei mater eius, & asserabat ei statuis diebus. Iuxta Hebræum habetur. amuatim. Onus vestendi puerum deo dicatum, apud parentes manebat. quando ascendebat cum viro suo ad immolandum hostiam solennem & votum suum. Iuxta Hebræum habetur. hostiam dierum. hoc est cõgruam tempori. Et benedixit Heli Elcanã & uxori eius & dixit, ponat tibi dominus simeon de muliere hac pro fenore quod commodasti domino. Iuxta Hebræum habetur. pro commodato quem commodauit domino. eo quod ad vsum datus erat Samuel. & abierunt in locum suum. Quia vstrauit dominus Channam, concepit & peperit tres filios & duas filias. Si præter Samuelẽ supputatur, sex proles edidit Anna: si autem ipse in hoc numero clauditur, edidit duntaxat quinq;. & magnificatus est puer Samuel apud dominum. Iuxta Hebræum habetur. & grandiuir puer Samuel cum Iehouah. Augmentum non solum corporis sed animi versus deum fuisse significatur.

**H**eli autem erat senex valde: & audiuit omnia quæ faciebant filij eius toti Israeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus. Tertium peccatum fornicationis seu adulterij manifestè describitur. quæ obseruabant ad ostium tentoriũ adunationis. Distinctio interpretata quæ obseruabant, participium est præsentis temporis deductum ab exercitu, & est numeri pluralis: ita quod significantur mulieres per modum exercitus conuenientes ad hostium tabernaculi. Per quod Intellego mulieres quæ gregatim veniebant ad ostium tabernaculi. Et dixit ad eos: quare facitis res istas, quas ego audio res malas à toto populo isto? Non filij mei ita faciatis: quia non est fama bona quam audio, vt transgredi faciatis populum domini. Hoc refertur ad male gesta circa sacrificia, faciebant enim popu-

populum transgredi, quia faciebāt ipsum abominari sacrificia diuina. Vnde & aptissimè subiungitur. *Si peccauerit vir in virum, placari potest ei deus.* Iuxta Hebræum habetur. *Si peccauerit vir in virum, iudicabit cum Elohim.* Deinde immediatè sequitur. *& si Iehouah peccabit vir, quis orabit ei?* Ex eo quòd peccatum in deum proculdubio iudicabit deus, trahor ad intelligendum nomine Elohim non Deum sed iudices. nam sic saluatur distinctio inter peccatum in hominem & peccatum in deum: penes hoc quòd peccatū in hominem expiatur per hominem, saltè per iudices facientes repensari homini lesio: peccatum autem in deum, non potest per hominem repensari, nisi forte supplicādo: sed quis inuenitur tam sanctus tam amicus Dei vt audeat intercedere in causā contra Deū? Loquitur enim Heli humano more. rarus enim inuenitur tam amicus humani principis vt in causa alterius cōtra principē audeat apud principem intercedere. *& non audierunt vocem patris sui, quia voluit dominus occidere eos. Puer autē Semuel ambulabat & crescebat: & placibat tam Deo quā hominibus.*

**V**enit autem vir dei ad Heli. Nescitur quis fuerit iste vir dei & nominatur deus Elohim. *& ait ad eum: sic dicit dominus, nōne manifestando manifestauit me domni patris tui cum esset in Aegypto in Domo parhoni? Lege exodū: & inuenies pluries deum manifestasse se Aharon. Et elegi cum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, ad adolendum incensum & portandum coram me Ephod. Sæpe dictū est Ephod sonare vestē superhumeralem in genere: sed hīc sumitur pro habitu pontificali. & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis. Iuxta Hebræū habetur, omnia incensa filiorum Israel. Lege leuiticum: & inuenies differentiā inter incensa & victimas pacificas, cunctaque incensa fuisse sacerdotum. Quare calce abiicisti victimā meam & munus meum quæ præcepi vt offerrentur in templo. Ad instar calcitratis in sacrificia, describitur peccatum filiorum Heli in supra scriptis malis officiis erga victimas domini. & magis honorasti filios tuos quā me. Hinc clarè apparet peccatum Heli, præponendo honorem filiorū honori diuino. Et hoc intellige non secundum intentionem explicitam, sed secundum factum & affectum: quia vsque adeo affectus fuit filiis vt non efficacem curam adhiberet circa ea quæ erant diuini honoris, vt comederet primitias omnis sacrificij Israel. Iuxta Hebræū habetur, ad satrandum*

*vos de primitiis omnis muneris Israel populi mei. Et referūtur hæc verba ad antecedentia ante prædictam sententiā quare calcitrabitis. Ita quòd iungūtur hæc diuina verba cum illi sententiā & dedi domui patris tui omnia incensa. adiungit enim deus quòd dedit etiam eis primitias oblationū totius populi Israel.*

*Propterea dixit dominus deus Israel, dicendo dixit dominus tua et domus patris tui ministrabit in conspectu meo vsque in seculum.* Cerne etiam hīc prudens lector, commemorando manifestari dicta olim, quæ tamen prius narrata non fuerunt in scriptura nunquam enim hæcenus scriptum est deum reuelasse vt domus Heli ministraret ei in seculum, & tamen hīc commemorando assentit. *& nūc dicit dominus, absit à me quia honorantes me honorificabo.* Non mutauit deus consilium suum, sed sententiā quā protulerat reuelando quòd domus Heli ministraret illi in pontificatu. hanc inquam sententiā se mutare dicit propter honorem diuinum contemptum ab Heli & filiis eius: vt hinc intelligamus deum sæpe mutare sententiā iuxta meritorum humanorum mutationem, quanuis nunquam mutet consilium suum. *qui autē contemnunt me, erūt ignobiles.* Iuxta Hebræū habetur. *cōtemnentur.* repetitur enim idem verbum. Et vide differentiā. nam ait honorantes me honorificabo, & non subiungit contemnentes me cotemnam: vt propensior ad nostrum bonū deus describatur quā ad malum pœnæ. Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. Iuxta Hebræum habetur. *præcidam fortitudinem tuam & fortitudinem domus patris tui, ab esse senem in domo tua.* Clara est pœna: videlicet diminutio vitæ vt non perueniatur ad senectutem. ipsa enim materia cogit vt intelligamus de fortitudine vitali esse sermonem. ad literam enim dicit deus se præcisurum fortitudinem vitalem domus Heli vt nullus fiat senex: vt Hebraica sonat hæc litera, & subiuncta contestantur. Verum appellatione domus Heli intelligendam esse non solū originem trahentes ab ipso sed etiam originem trahentes à patre Heli, patet. nam in litera dicitur præcidam fortitudinem tuam (proculdubio in filiis) & fortitudinem domus patris tui, ab hoc: videlicet ab esse senē in domo tua. hinc enim insinuatur quòd domus patris Heli cognominata est domus Heli, eò quòd Heli fuerit iudex annis quadraginta (vt inferius

rius subditur) & ab ipso tanquam à præcipuo denominata est domus patris eius. Ita quòd dicendò ab esse senem in domo tua, intelligitur domus Heli comprehendens etiã domum patris eius. Et videbis amulũ tuũ in templo in vniuersis prosperis Israel. Hebraicè habetur. Et videbis angustatorem habitaculum, in omni quod benefaciet cum Israel. Ita iacet in Hebræo: & ad literam prædicitur tempus opulenti habitaculi in domo dei tempore Salomonis, videndum ab ipso Heli in filiis suis non ad lætitiã sed ad angustiam. Et hæc est secunda pœna Heli. Ita quòd sensus literæ est, & videbis in femine tuo tanquam angustatorem habitaculum in domo domini refertum omni re de qua benè agitur cum Israel: hoc est omni re vtili & delectabili & honorabili in Israel. & non erit senex in domo tua omnibus diebus. Hebraico nõbre primũ descriptæ sunt summarie ambæ pœnæ, deinde tractatur distinctius. Prima itaque pœna tractatur, declarando perpetuitatem pœnæ: ita quòd in perpetuum non erit senex in domo tua. & aiunt Hebræi in hodiernum vsque diem verificari. Et virum non excidam penitus ab altari meo, vt deficiant oculi tui & tabescat anima tua. Secunda pœna tractatur, declarando illam particulam & videbis angustatorem habitaculũ. declaratur enim modus: videlicet vt deficiant oculi tui & tabescat anima tua, videndo tantam opulentiam & te priuatum illa. Nec est dubiũ quòd hæc dicuntur ad Heli non in persona propria sed in persona feminis eius. Et pars magna domus tuæ morietur cum ad visilem ætatem venerit. Iuxta Hebræum habetur. & omnis faciens surgere domum tuam, morientur homines. Diçtio interpretata homines, significare dicitur homines ætatis robustæ. declaratur siquidem amplius prima pœna, non quòd magna pars sed quòd omnes qui essent dispositi ad subleuandum domum Heli, morientur iuuenes seu quasi iuuenes. Vnde clarè apparet quòd ad literam in istis pœnis Heli, senex est nomen ætatis. & dicunt Hebræi, nullum de domo Heli transire annum ætatis quinquagesimum.

Hoc autem erit tibi signum quod venturum est duobus filiis tuis, Cophni & Pinchas; in die vna morietur ambo. Quia comminatio pœnæ futuræ erant nec videndæ ab ipso Heli in propria persona, datur illi signum veritatis futurorum mors vtriusque filij tempore ipsius Heli futura vno eodemque die: vt vis hoc signo non dubitetur de veritate prædictorum. Et verificata-

scatum est hoc signum: vt inferius scribitur. cap. 4.

Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet. Amplius explanatur secunda pœna, declarando transferendum pontificatum à domo eius in aliam domum. Et sacerdos iste ad literam fuit Sadoc, qui à Salomone cieccto Abiathar ex stirpe Heli surrogatus est in pontificem. & clarè textus. 3. reg. 2. dicit hoc factum fuisse ad adimplendum verbum propheticum quod hinc scribitur. Sadoc enim nõ fuit ex stirpe Heli qui descendit ex Ithamar filio Aharon, sed ex stirpe Eleazari successoris Aharon. & edificabo ei domũ fidelem, & ambulabit corã Christo meo omnibus diebus. Cum adhuc nõ essent reges in Israel, propheta iste hoc adimplendum esse tempore quo erunt reges in Israel. & ad literam significatur Salomon: vt rei manifestauit euentus.

Et erit omnis qui remanserit in domo tua, v eniet vt oretur pro eo & offerat nummum argenteum & tortam panis. Iuxta Hebræum habetur. veniet ad orandum pro nummo argenti & buccella panis: & dicit iunge me obsecro ad vnam partem sacerdos alem ad comedendum frustum panis. Ex eo quod scribitur & dicit iunge me obsecro, insinuat quòd ad orandum pontificem veniet. nam pontifici dicit iunge me obsecro vni parti sacerdotali. Explanatur itaque amplius secunda pœna, declarando indigentiam feminis Heli in hoc quòd reliquie feminis Heli cogente inopia venient ad pōtificem illum ad orandum vt habeant aliquid pecuniæ & aliquid panis. hoc enim ipsum explanatur per subiunctas preces. Et explicantur hæc minima (videlicet buccella panis & nummus argenteus) ad declarandum eorum indigentiam magnam.

## CAPVT III.

Ver autẽ Semuel ministrabat domino corã Heli. Tertio repetitur ministratio Samuelis ad narrandũ perfectuerantiã eius in officio sancto. & sermo domini erat preciosus in diebus illis, non erat visio manifesta. Non venalis significatur sermo domini sed charus, quemadmodũ preciosa non vilipenduntur sed sunt nobis chara. Ratio autẽ quare sermo domini erat tunc temporis charus, subiungitur quia non erat visio manifesta. Et hinc habes quod de sermone prophetico dicitur quod erat charus, & nõ de sermone doctrinæ: nam visio manifesta ad prophetiã spectat. Erãt itaq; tunc temporis & apparitiões in somnis & ecstases in vigilia & inspiratiões inter-



internæ, sed non visiones tales quæ essent manifestæ reuelationes diuinæ.

Et fuit in die quadam, Heli dormiebat in loco suo: & oculi eius caligauerant. Iuxta Hebræum habetur. & oculi eius inceperant caligare. Non plena obscuritas sed inchoata oculorū obscuratio significatur. nec poterat videre lucernam. Quia litera ista diuersimodè contextitur, referenda est vt iacet in Hebræo: nō poterit ad videndum & lucernam Elohim ante extinguetur, & Semuel iacens in templo Jehouah in quo erat arca dei. Libra prudens lector, tot coniunctiones copulatiuas, & quod lucerna nullum articulum demonstrantem cuius casus sit habet: & deinde elige quam malueris constructionem. Mihi quidem videtur quod ad explicandū qualis fuerit caligatio oculorum Heli tuæ, dictum sit non poterit ad videndū (pro etiā) lucernam Elohim ante extinguetur: hoc est cum esset prope extinctionem: ita quod quanuis posset videre lucernā Elohim plenè ardentem & lucentem, non tamen poterat videre eam minus ardentem minusq; lucentem cum propinqua erat extinctioni. Et hic sensus nihil habet superflui: & ad differentiam subiungendæ in capitulo quarto obscurationis oculorum eiusdem Heli in fine vitæ eius, narratur. Quod autem dicitur Samuelē dormisse in templo, nō significat quod intra tabernaculū dei iaceret, sed intra habitaculum quod erat iuxta templum. in ipsum enim templum nefas erat etiā ingredi Leuitas. Vocauitq; dominus Samuel: qui respondens ait, ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit, ecce ego quia vocasti me, qui dixit, non vocauit te, reuertere & dormi: & abiit & dormiuit.

Et adiecit dominus vocare rursus Samuel, consurgensq; Semuel abiit ad Heli & dixit, ecce ego quia vocasti me: qui respondit, non vocasti te fili mi, reuertere & dormi. Ex eo quod nō discernebat Samuel vnde vocaretur, insinuat quod dormiēs vocabatur & ipsa vocatis voce nomine proprio excitabatur à somno. Et quia ad Heli ibat vt vocantem, insinuat quod vox diuina sonabat Heli vocantem. Porro Semuel nondum nouerat dominum, neq; reuelatus fuerat ei sermo domini. Adiecit hoc auctor libri, tum ad declarandum quod ista fuit prima reuelatio diuina facta Samueli: tum ad reddendum rationem quare Samuel fallebatur, putans se vocari ab Heli. Nescire autē dominum intellige notitia experientia: non enim expertus fuerat dominum alloquentem, quanuis audisset & crederet deum

Deum allocutum fuisse Moysen & prophetas. Et ratio huiusmodi inscitia subiungitur, quia sermo diuinus adhuc non erat ei manifestatus. Adiecitque dominus vocare Semuelem tertio: qui consurgens abiit ad Heli & ait, ecce ego quia vocasti me: & intellexit Heli quod dominus vocaret puerum. Et dixit Heli ad Semuel, vade & dormi: & si deinceps vocauerit te, dices loquere domine quia audit seruus tuus. Ex eo quod non dicit, & si deinceps vocaero te, insinuat quod Heli quod intellexit manifestauit Samueli: videlicet quod Deus vocauerat eum. & propterea dicit & si deinceps vocauerit te. abiitque Semuel & dormiuit in loco suo.

Veniens dominus & stetit. Nisi tribus vicibus vocasset per modum insipientis, nequaquam hac quarta vice describeretur etiam. & vocauit sicut vocauerat secundo. Iuxta Hebræum habetur. & vocauit sicut vice in vice. hoc est sicut qualibet prioris vice. Et significatur per hoc modus vocandi similis prioribus: videlicet quod vocauit eum per modum excitantis à somno. sic enim vocauerat eum prioribus vicibus. Deinde immediate sequitur. Semuel Semuel. Quanuis modus vocandi fuerit similis prioribus, conduplicatio tamen proprii nominis propria est huic quartæ vocationi. & dixit Semuel, loquere quia audit seruus tuus. Non solum ex modo vocandi simili prioribus, sed etiam ex hac Samuelis obedientia exequentis præceptum Heli, insinuat quod vigilans Samuel respondit Deo. si enim dormisset, caruisset arbitrio libero respondendi vt Heli iusserat. Expergefactus itaque Samuel, sensibili voce dixit, loquere quia audit seruus tuus.

Et dixit dominus ad Semuel. Quia inferius in hoc eodē capitulo diuinus iste sermo appellatur visio: ideo hoc diuinum dicere internum fuit. ita quod vigilanti Samueli non exteriori voce, non sensibili sermone, sed interna apparitione Deus locutus est: quemadmodum apparet nobis dormientibus aliquis loquens. Et hinc perpendimus à quanta excellentia prophetia inceperit Samuelis gratia prophetica. celsius enim prophetia gradus est, vigilantem hominem videre & audire intus Deum loquentem sibi. ecce ego facio verbum in Israhel. Propter propinquam executionem videtur presenti tempore. quod quicumque audierit. tinniet ambæ aures eius. ob stuporem rei audita. In die illo suscitabo aduersus Heli omnia que locutus sum super domum eius. per virum Dei quem misi ad Heli.

incipiam & complebo. Parui refert quod Hebraicè habetur. *incipiendo & finièdo. vt intelligeretur qd nō solum citò exequeretur incipièdo, sed quod etiā prosequeretur vsque ad finem.* Prædixi enim ei quod iudicaturus essem domū eius in aeternum propter iniquitatem eius: eo quod nouerat indignè agere filios suos. Iuxta Hebræum habetur. *Et indicabo ei quod ego iudicans domum eius in seculum: in iniquitate quam sciuit, quia blasphemates eis filij eius.* Sacrilegia filiorum superius scripta circa diuinas victimas appellantur blasphemix. Pronomen autem eis demonstrat propriè sacerdotes. irrogabant enim ignominiam magnam quasi blasphemiam sacerdotibus omnibus. & non corripuit eos. Hebraica dictio significat prohibere posthabita ratione honoris eius cui fit inhibitio. In hoc enim peccauit Heli quod quauis arguerit filios, nō tamen sic vt honorem Dei præposuerit honori filiorum. noluit enim confundere filios: vt superius dicta per prophetam ad Heli testantur. *Et idcirco iurauit domui Heli, si expiabitur iniquitas domus Heli sacrificio & munere vsque in seculum.* Ad manifestandum immobilitatem diuinæ sententiæ scribitur iuramentum.

**D**ormiuit autem Samuel vsque mane, aperuitq; ostia domus domini. Intellige ostia atrij in quo erat altare holocaustorum. hæc enim ostia aperienda erant vt iuge sacrificium mane celebraretur. & Samuel timebat indicare visionem Heli. Sic etiā Hebraicè habetur. & præscripta reuelatio facta Samueli appellatur visio. *Vocauitque Heli Semuelem & dixit, Samuel fili mi: qui respondens dixit, ecce ego. Et dixit, quis est sermo quem locutus est ad te: teoro te ne celaueris me, hæc faciat tibi Deus & hæc addat.* Parui refert quod Hebraicè habetur. *sic faciet tibi Elobim & sic addet, si absconderis à me verbū ex omni verbo quod locutus est ad te.* Interpret enim sæpissimè mutat sic in hæc. & sunt verba adiurantis cum imprecatione, vt consueuerunt homines dicere. *Indicauitq; ei Samuel omnia verba, & non abscondit ab eo: cui ille respondit, dominus est.* Hebraicè habetur. *Iehouah ipse, bonum in oculis suis faciet.* Verba optimæ patientiæ sunt. agnoscit enim ipsum esse fontem omnis esse: & humiliter sustinèdum fatetur quicquid bonum censetur diuino iudicio.

**C**reuit autem Samuel, & dominus erat cum eo: & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Narrato initio prophetiæ gratiæ in Samuele, narrat consequenter author libri gratiam propheticam in eodem postquam creuit. & summarie describit

describit & Deum fuisse cum ipso, & verba eius prophetica fuisse impleta, & effectum subsecuta gloria: videlicet. *Et cognouit totus Israel à Dan vsque Beer'sebah quod fidelis Samuel propheta esset domini.* Clarius habetur Hebraicè. *quod fidelis Samuel in prophetam Iehouah. in casu datiuo.* Ad differentiā prophetarū fallacium loquentiū ex parte Dei, dicitur quod Samuel agnitus est fidelis in officio prophetæ relatiuè ad summū Deū: hoc est quod nō fallebat dicendo se habere reuelationē diuinā, quæ verè nō esset diuina. hic enim effectus profectus est ex eo quod omnes prophetiæ Samuelis adimplebātur. *Et addidit dominus vt appareret in Silo.* Non de vna sola superueniente visione dicitur, sed summarie multiplicatæ apparitiones diuinæ factæ in Silo scribuntur. & dicitur in Silo ad differentiam aliarum visionum quas habuit Samuel postquam recessit à Silo. *quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli in Silo.* Simul manifestatur cui apparuit Deus in Silo (videlicet Samueli) & ratio cogniti Samuelis ab vniuersis: quia. *in verbo Iehouah.* ex eo enim qd nihil prophetabat Samuel quod nō eueniret, agnoscebatur Samuel loquēs in verbo domini. dederat enim Deus in Deute. signū prophetæ nō sui, si propheta ille dixisset aliquid falsum. & euenit. Iuxta Heb. habetur. *& fuit verbum Samuelis vniuerso Israeli.* Ad quos extensus est sermo propheticus Samuelis describitur.

## CAPVT IIII.

Gressus est autem Israel in occursum Pelisthim ad bellum,

**E**t castrametati sunt iuxta lapidem adiutorij. Hoc est locum illum qui postea appellatus est lapis adiutorij.

Pelisthim autem castrametati sunt in Apher. Et struxerunt acie Pelisthim contra Israel, & inito certamine cæsus est Israel corā Pelisthim: & percusserunt in acie in agro circiter quatuor millia virorum.

**E**t venit populus ad castra, dixeruntq; seniores Israel cur percussis nos d. minus hodie corā Pelisthim: accipiamus ad nos de Silo arcam fœderis domini, & veniat in medium nostri vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Deuota intentio ac cōmendanda spes, si facta respondissent intentioni ac spei. Fiducia enim in arca domini quauis in se bona ac sancta sit, insufficiens tamen est nisi bonis operibus comprobetur. recurrerunt isti ad exteriorē cõmunionem omittentes internam pœnitentiam peccatorum suorum. & in hoc peccauerunt, relinquentes venter causam percussiois eorū. *Miserq; populus in Silo, & intulerunt*

in le arcam faderis domini exercituum. Iam dictum est quod Hebraicè habetur. Iehouah exercituum, sedentis super cherubim. Parui refert quod Hebraicè habetur, sedentis cherubinorum. Ad litteram quia propitiatorium quod erat in templo velut sedes Dei, sustentabatur duo angeli aurei, ideo appellatur Deus sedes cherubinorum. Verum ex his figuris Moyses docuit quod deus regnat quietè super omnes cherubinos & seraphinos & vniuersam cœli militiam: & propterea quo ad significatū optimè dicitur sedens (hoc est quietè regnās) in omnibus superis spiritibus per cherubinos insinuat. erātq; ibi duo filij Heli cū arca faderis domini, Cophni & Pinchas. Cumq; vniuersa arca faderis domini in castra, vociferatus est totus Israel vociferatione magna: & personauit terra. Audierūtq; Pelisthim vocē vociferationis, & dixerūt quæ est vox vociferationis huius magna in castris Hebræorum: & cognouerunt quod arca domini venisset in castra. Timueruntque Pelisthim, quia dixerunt venit Deus in castra. Nomen est Elohim: quod in subiūctis Pelisthinorū verbis, bis repetitur. & dixerunt, vā nobis quia non fuit sicut hoc Heri & nudius tertium. Vā nobis, quis nos saluabit de manu deorum fortium istorum: hi sunt dñi qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto. Manifesti apud Pelisthinos timoris verba sunt propter fortitudinem Elohim Israel, quam consistuntur ex percussione Aegyptiorum in deserto: hoc est in mari rubro persequentibus Aegyptiis Israelem eūtem in desertū. Confortamini & estote viri pelisthim, ne seruiatis Hebræis sicut ipsi seruiuerunt nobis: estote viri & bellate. Potest ista vox esse eorundem timentium: vt timor ipse qui est pater consilij, induxerit eos ad exhortandum omnes ad viriliter agendum contra tam fortem inimicum, ex quo preliari oportebat ne seruirent Israelitis. Potest nihilominus vox hæc esse aliorum Pelisthinorum argumentum timentes quosdam Pelisthinos qui dixerant vā nobis &c.

Pugnauerūtq; Pelisthim, & casus est Israel, & fugit vnusquisq; in tentorium suum: & facta est plaga magna valde, & ceciderunt de Israel triginta millia peditum. Et arca Dei capta est. Nomen scribitur Elohim, vt iusto Dei iudicio scribatur capta arca. duosq; filij Heli mortui sunt, Cophni & Pinchas. Ecce adimpletum signum datum Heli de morte filiorum vno die. Cucurritque vir de Biniamin ex acie, & venit in Silo in die illa: & vestes eius scisse erant, & terra super caput eius. Cumq; ille venisset, Heli sedebat super Sellam contra viam spectans: erat enim cor eius pauens pro arca

Dei

Dei. Rectè readditur sensus, & eius ratio: tremor videlicet cordis solliciti pro arca Elohim ne eueniret quod euenit. & vir venit annuncians ciuitati: & ululauit tota ciuitas. Et audiuit Heli vocem clamoris, & dixit quæ est vox tumultus huius: vir autem festinauit & venit, & nunciauit Heli. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant & videre non poterat. Iuxta Hebræum habetur, & oculos suos finiuit, & nō poterit ad videndum. Vide disparitatem: superius dixerat & oculi eius inceperant caligare: modò dicit & oculos suos finiuit. Et cōsequenter superius dixerat & non poterat ad videndum etiā lucernam ante extinctionem: modò dicit & non poterit ad videndum absolute: vt intelligamus quod erat penitus priuatus visu. Dixitq; vir ad Heli, ego venio ex acie & ex acie fugi hodie: & dixit, quæ fuit res fili mi? Responditq; nuncians & dixit: fugit Israel coram Pelisthim, & etiam plaga magna fuit in populo & etiam duo filij tui mortui sunt (Cophni & Pinchas) & arca Dei capta est. Nomen est Elohim, & similiter cum subiungitur.

Cumq; ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta locum portæ, & confractum est occiput eius & mortuus est: senex enim erat vir & grāuens. Vbi etiam aduerte sanctam mentem Heli, in hoc quod nec audita ruina populi, nec audita morte filiorum motus est: sed audita arca Dei capta, usque adeo commotus est vt rueret retro, & fracto occipite (seu vt aliis placet fracta iunctura) mortuus est. & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Non solūm pōtificis sed etiam iudicis functus est officio.

Nurus quoque eius vxor Pinchas prægnans ad pariendum, audito nuncio quod capta esset arca Dei. Et hic quoque nomen est Elohim. & mortuus esset socer eius, & vir eius, incurruerat se & peperit, irruerat enim in eam dolores eius. In ipso autē momento mortuus eius. Iuxta Hebræum habetur. Et sicut tempus mori eius. Non scribitur mortua, sed quasi mortua, sed acū moreretur. nam subiuncta testantur quod tunc non est mortua. subiungitur enim quod ipsa non respondit nec animaduertit: ita quod nec intus nec extra tunc aduertit circa filiū. & cum hoc subiungitur quod nominauit filium Ichabod: ergo rediit ad se ipsam, & nomen imposuit filio, non igitur tunc mortua fuit. locuta sunt quæ stabant iuxta eam, ne timeas quia filium peperisti: quæ non respondit nec animaduertit. & vocauit puerum Ichabod. hoc est vbi honor, seu non honor. alterum enim horum sc-

N iij nat